

## 266.

*Papst Gregor X. bestätigt dem Kloster den Besitz des Patronatrechtes über die Kirchen in Belgern und Torgau.* Lyon, 1274 Mai 15.

5 *Hilschr.: Or. Perg. Secundogeniturbibliothek Dresden Sax. wb. 1220. Die Bulle (vergl. Diekamp Mittl. des Inst. für öst. Gesch. 4, 533 f.) an Fäden von rother u. gelber Seide.  
Gedr.: Husche Magazin 2, 169 f.*

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monialium monasterii de Grymis Cisterciensis ordinis Merseburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis | petitur quod iustum est et honestum,  
10 tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per sollicitu|dinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra peticio continebat, quod nobilis vir . . marchio Misnensis cupiens terrena in celestia commutare ius patronatus, quod in de Belgere et de Turgowe ecclesiis Misnensis diocesis obtinebat, accedente ad id consensu venerabilis fratris nostri episcopi Misnensis loci diocesani liberaliter vobis contulit  
15 intuitu pietatis, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem marchione pie ac provide factum est ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre-  
20 sumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lugduni idus maii, pontificatus nostri anno tertio.

(B.)

*Auf der Rückseite:* P. de sancto Ambrosio. *Auf der Plicatur:* A. de Symt<sup>f</sup> (?).

## 267.

25 *Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet dem Jungfrauenkloster zu Grimma einen demselben von dem verstorbenen Ulrich, genannt Kopacz, zu seinem Seelenheil überwiesenen jährlichen Zins von 1 Mark.* Dresden, 1274 Aug. 27.

*Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 839b. Das zerbrochene Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. III, 6) an Fäden von grüner, rother und gelber Seide.*

30 Nos Henricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio recognoscimus et presentibus pupli|ce protestamur, quod cum Vlricus dictus Kopacz bone memorie unam marcam annue pen|sionis a Heinrico filio Ottonis de Kaschiez comparasset et pro remedio anime sue clau|stro | sanctimonialium in Grimme dedisset, nos ob reverenciam omnipotentis dei et pro salute anime nostre eidem clau|stro dictam marcam in proprium dedimus perpetuo  
35 possidendam. Ut autem hec nostra donacio robur optineat perpetue firmitatis, hanc